

ultra dictum precium, sub pena vigintiquinque libr. par. pro potestate et quolibet iudice sive rectore contrafatiente. ¶ Salvo quod preponi possit in maiori consilio quandocunque eis placuerit super dictis carnibus, et secundum quod captum et firmatum fuerit in maiori consilio super predictis sic debeat 5 observari. ¶ Et quod quicunque vendet carnes bovinas vel vachinas incipere debeat et vendere de melioribus carnibus quas habebit in becharia, et quas incipiet perficere debeat antequam alias carnes incipiat vendere, et sic de unis ad alias, // 102 B et non dare adiunctam alicui ementi de aliis carnibus, preter 10 de illis quas sibi vendiderit et primo dederit, et dare debeat cuilibet petenti pro suis denariis, et vendere de dictis carnibus quas vendet, et nulli denegare, sub pena decem libr. par. pro quolibet vendente contrafatiente et vice qualibet contrafacta, et quilibet possit acusare contrafatientes, et probata acusa 15 habeat tertium condempnationis facte occasione suarum accusationum. ¶ Et ipsi becharii vel aliquis ipsorum non audeat tenere aliquam arcellam in becharia comunis vel extra infra confines designatos, sub pena decem libr. par. pro qualibet arcella, et quicunque intromisserit dictas arcellas infra confines 20 positas, sint sue sine aliquo preiuditio, et si aliqua questio fuerit, de aliquo mercato facto cum aliqua persona per ipsos vel aliquem ipsorum, coram dominio culpa dictorum bechariorum, et ipsi succumberent questionem, solvat comuni quatuor frx. et expensas victori. ¶ Et nullus becharius vel alia 25 persona sit ausa occidere aliquam bestiam parvam vel magnam extra bechariam comunis, etiam sub pena quadraginta sold. pro quolibet et vice qualibet contrafacta, nec infundere vel proicere sanguinem alicuius bestie vel immondi(tia)tias in viam seu in stratis, sub pena sold. viginti par. pro qualibet persona 30 contrafatiente et vice // qualibet contrafacta, et acusator habeat tertiam partem condempnationis, et sibi adhibeatur fides cum sacramento. ¶ Et ne quis bechariorum Tergesti audeat extrahere lombolum aliquem de aliqua quarta carniū, nec de aliqua bestia extrahere aliquem sipum vel pinguedinem aliquam modo aliquo vel ingenio, nec affaitare vel facere affaitare aliquam bestiam parvam vel magnam in parte vel in toto, 35